

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Aurifodina artium et scientiarum omnium

Drexel, Jeremias

[Antwerpen], 1641

Dedicat

urn:nbn:de:bsz:31-97047

SERENISSIMIS

Virisq; Bavaria Principibus

FRATRIBVS

IOAN. FRANCISCO
CAROLO,
MAXIMILIANO
HENRICO,
ALBERTO
SIGISMUNDO.

Serenissimorum Ducum

ALBERTI Filiis,
GUILIELMI Nepotibus,
ALBERTI Pronepotibus, &c.

Comitibus Palatinis Rheni,

Dominis meis Clementissimis.



On aurum, Principes
Serenissimi, sed ipsam
offero Aurifodinam.
Significatu non iner-
dito Musas in monti-
bus habitare fingeant
Prisci. Reuera montes habitant, nec

A 2

steris

D E D I C A T.

steriles illos, sed auri argentiq̄ue feracissimos. Atque hic illud Castiodori verissimum censeam: Aurum, inquit, per bella querere, nefas est; per maria, periculum; per falsitates, opprobrium; in sua verò natura, lucrum. Nam metallarj sine furto divitias rapiunt, optatis thesauris sine invidia perfruuntur, & soli sunt hominum, qui absque ulla nundinatione, pretia videantur acquirere. Qua in re terra, mater benigna, regnis quibusdam plurimum favit. Est qui in una Hispania (nisi memoria me fallit) quingentas aliquando aurifodinas numeratas asserat. Certe ad Carthaginem Novam, urbem hanc unicam, quod Polybius affirmat, quadraginta millia hominum assidue in opere metallico versabantur. Hinc illa ipsa civitas Carthago in singulos anni dies, eodem Polybio teste, Romanis annumeravit viginti quinque millia drachmarum. & Asturia,

Gal-

a Drachma una, zween Batsen/
 oder acht Creutzger. Has ergo tot
 drachmas, si per trecentos sexaginta quin-
 que dies, quibus constat annus, multipli-
 ces, invenies pondus illud argenti fuisse
 drachmarum novies decies centenz cen-

21771

D E D I C A T.

Gallacia, Lusitania quotannis populo Romano vicena millia pondo auri in tributum pensitarunt. *a* Si in unam pecuniam summam contrahamus id quod Romani è fodinis Hispanicis in annos singulos eruebant, reperiemus talenta argenti Attica septem millia, centum & duodecim. Atqui è divinis literis constat Salomonis classem ex Ophir attulisse auri talenta quadringenta & quinquaginta, *b* præter gemmas, argentum, aliasque merces pretiosissimas. Quot jam in Galliis, Norico, Salassis, Illyrico, Pannonia,

A 3 Thra-

tum viginti quinque millia. Quas si per sex millia divideris, efficies talenta Attica mille quingenta viginti cum quinque sextis talenti partibus. Talentum Atticum unum habet 60 libras, seu 600 aureos, aut Philippeos; Philippus 20 Batzen seu victoriatos continet.

a Libra seu pondo 2000 auri, sunt pondo argenti ducenta quadraginta millia (quanta scilicet esse solet auri ad argentum analogia) Atticorum vero talentorum sunt quadraginta tria millia & ducenta. b Hec conficiunt talenta argenti Attica decem millia octingenta.

D E D I C A T.

Thracia, Macedonia, Proconneso, aurifodinae maximas opes obtulerunt fodiensibus? Ita tot retro saeculis grandes thesauri è fodinis eruti. Certe Henricus Thuringiae Landgravius circa annum Christianum millesimum ducentessimum vicessimum septimum è fodinis metallicis eam vim argenti & auri comparasse fertur, ut Bohemiam omnem inaurare ac mercari potuisset. Nec defuerunt splendidissima tantarum opum testimonia. Nam Northusia Henricus, Trojae ludos & decursiones equestres celebravit, iis qui hastilia fregerissent, immoti tamen in equis persedissent, sellam singulis argenteam; ei qui Antagonistam ephippo emolitus in terram dejecisset, auream in praemium proposuit. *a* Tanta aeo illo ex aurifodinis eruebatur opulentia. Haec tamen quantacumque non fatiat, imo nec mitigat, sed accendit potius & irriat auri famem.

Ego hic Serenissimi Principes, Aurifodinam monstro feliciorum, quae nunquam non respondeat labori. Hic affidue fodit, quisquis proficere in litteris ferio cupit. Hic virgulae divinae *b* loco est *industria*. Librorum multitudo non

parit
a *Misnense Chron.* b *Golbruthen*

parit
Prolem
in Ale
ginta
num c
cus G
ptor, a
rae, &
duo m
scipulo
a Hos
de sibi
foliis
tum e
erudit
hoc t
dendu
gibus
fastigi
Excerpt
rum v
iussa
sua c
Quoc
tum c
subter
deretu
ris c

a
turn.

D E D I C A T.

parit scientiam, saepe etiam impedit.
 Ptolemæus Philadelphus rex Ægypti,
 in Alexandrinam bibliothecam quadra-
 ginta millia selectissimorum volumi-
 num congeffit. Q. Serenus Sammoni-
 cus Gordiani Cæsaris Junioris prae-
 ceptor, amplioris quam Philadelphus cu-
 ræ, & ingentis vir doctrinæ, sexaginta
 duo millia librorum acervavit, quos di-
 scipulo suo Gordiano moriens legavit.
 Hos omnes tot libros evoluisse, & in-
 de sibi nihil subnotasse, est pæne omnia
 foliis, arenæ, ventis inscripssisse. Mul-
 tum excerptisse, etsi non è multis, hoc
 eruditionis aurum colligit. Neque
 hoc tantum studiosæ paupertati sua-
 dendum: Principibus etiam atque Re-
 gibus, & quibuscumque demum altis
 fastigiis hoc operæ genus, *Annotare &*
Excerptare, seduld ingerendum. Nimi-
 rum visa, audita, lecta, jubenda, jam
 iussa, aliaque annotatu digniora in
 suas quæque capedunculæ referenda.

Quod à magnis Principibus ed factita-
 tum constat, ne quid memoriam posset
 subterfugere, quod profuturum vi-
 deretur meminisse. Hinc Iulii Cæsa-
 ris commentarii, Iuliani Misopogon,
 A 4 epi-

a Spartian. & Macrob. l. 3. Sa-
 turn.

D E D I C A T.

epistolæ, symposium, Solis encomia,
&c. Hinc Iustiniani Pandectæ ac Co-
dex, hinc Codex Theodosianus. Cer-
tè Theodosius Imperator characteres
ram eleganter formavit ut inde *Calli-*
graphi nomen acceperit. Cumque diem
militaribus aut civilibus occupatio-
nibus daret, maximam noctis partem
lectioni ac scriptioni seposuit. Quin &
candelabrum sibi tam affabrè strui cu-
ravit, ut illud suo se artificio sponte
moveret, aleretque, & oleum sibimet
affunderet, ne vel Cæsaris lucubratio
interpellaretur, vel ministri cum vigi-
lante vigiles esse cogerentur. Ita &
Imperatores Augustissimi studiosam
lectionem *Excerptendo* distinxerunt.

Revera nolle quicquam annotare,
est penè omnia velle negligere, aut
omnem experientiæ quotidianæ seriem
infidæ memoriæ committere.

In eum finem hanc Aurifodinam
censui patefaciendam, quam Serenitati-
bus VVV. submississima veneratione
lubens meritò dico confecroque, ut ea
sub Serenissimi nominis Vestri tutela
omnibus litterarum amantibus panda-
tur. Ad Serenissimi Parentis manus &
genua scriptionem aliam suo tempore
licebit, spero, deponere.

Atque

DEDICAT.

Atque hoc animi non ingrati speci-
 men jam pridem exhibere debuissim
 primis benefactoribus nostris, æterna
 in Boicos Principes observantia devin-
 ctus. Idque tanto magis, quanto Sere-
 nitatum V V V. Virtus atque pietas,
 & in haurienda eruditione felix pro-
 gressus in dies laudabilius enitescit. Ita
 pergite Serenissimi Principes, quod
 Sanguini vestro proprium semper fuit,
 à cunis per Sapientiam & Virtutem ad
 sublimem gloriam eniti. Serenitatibus
 V V V. Monacensè Collegium & om-
 nem Societatem nostram, meque una
 submississimè commendo. Monachii
 mense Januario, die Trium Regum,
 anno Christiano 1638.



A 5 BENE.